Kritiſch-Exegetiſches.

Coniectanea Euripidea.

(Continuata e vol. XX p. 631 sqq.)

Med. 824 sqq.: Ἐρεχθεΐδαι τὸ παλαιὸν ὄλβιοι
καὶ θεῶν παῖδες μακάρων, ἱερᾶς
χώρας ἀπορθήτου τ' ἀποφερβόμενοι
[κλεινοτάταν σοφίαν].

Cancellis septa verba Nauckius deleta vult, quod metrum postulare videtur, at nihilo magis Atticam incolumem mente comprehendo, sed ὥρας pro χώρας et celebrem oleae legibus tutae culturam exprimet et prosariam dictionem in vere poeticam commutabit, cf. Pind. Ol. IV, 1 ὧραι Διός. Item in Ione 475 sqq.

τέκνων οἷς ἂν καρποτρόφοι
λάμπωσιν ἐν θαλάμοις
πατρίοισι νεάνιδες ἧβαι,

mirus pluralis ἧβαι et pleonasmus νεάνιδες ἧβαι quo et καρποτρόφοι ducit huic ὧραι cedat necesse est.

Med. 168 sqq.: κλύεθ' οἷα λέγει κἀπιβοᾶται
Θέμιν εὐκταίαν Ζῆνά θ', ὃς ὅρκων
θνητοῖς ταμίας νενόμισται;

Vs. 160 Medea non solum Themidem sed Dianam etiam invocat, qua sic aegre careremus. Itaque θέμιν litera minuscula scribo.

Phoen. 1723 sq.: ΟΙ. ἰὼ ἰώ, δυστυχεστάτας φυγᾶς·
ἐλαύνων τὸν γέροντά μ' ἐκ πάτρας.

Pro ἐλαύνων τὸν aperte genetivus abs. ἐλαυνόντων restituendus.

Iph. Aul. 568 sqq.: μέγα τι θηρεύειν ἀρετάν,
γυναιξὶν μὲν κατὰ Κύπριν
κρυπτάν, ἐν ἀνδράσι δ' αὖ
κόσμος ἔνδον ὁ μυριοπλη-
θὴς μείζω πόλιν αὔξει.

Pro κόσμος aperte κῶμος Pindaricus inducendus est.

O. Goram.